praedicent. Sciscitantur itaque et quaerunt et cognoscere volunt prodigium sit an sidus. Ac mehercule non aliud quis
magnificentius quaesierit aut didicerit utilius quam de sidum stellarumque natura: utrum flamma contracta, quod et
visus noster affirmat et ipsum ab illis fluens lumen et calor inde descendens, an non sint flammei orbes sed
solida quaedam terrenaque corpora, quae per igneos tractus labentia inde splendorem trahant caloremque non de suo
clara. In qua opinione magni fuerunt viri. Secundum enim aduterint ex duro concreta et ignem alienum
pascentia. Nam per se inquiunt flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret et a quo teneretur, conglobata quam insta
bili (vel inclitam) inclinatam corpori profecto iam mundus turbine suo dissipasset.

Ad hoc investiganda proderit quaerere an eiusdem condicionis sint cometae. Videntur enim cum illis quaedam habere commu
nia, ortus et occasus, ipsam quoque quamvis spargantur et longius exeant faciem. Aeque enim ignei splendi
dique sunt. Itaque si omnia terrena sidera sunt, his quoque eadem sors erit. Si vero nihil aliud sunt quam purus ignis
manentque mensibus senis nec illos conversio mundi solvit et velocitas, illa quoque tenui possunt constare ma
teria nec ob hoc discuti assiduo caeli circumactu. Illo quoque pertinebit hoc excussisse, ut sciamus utrum terra stan
te mundus circumeat, an mundo stante terra vertatur. Fuerunt enim qui dicerent nos esse quos rerum natura
nescientes ferat, nec caeli motu fieri ortus et occasus, ipsos oriri et occidere. Digna res contemplatione, ut
sciamus in quo statu rerum simus, pigerrimam sortiti an velocissimam sedem, circa nos deus omnia an nos
agat. Necessarium est autem veteres ortus cometarum habere collectos. Deprehendi enim propter raritatem cursus eorum ad
huc non potest, nec explorari an vices an vices servent et illos ad suum diem certus ordo producat. Nova haec cae
lestium observatio est et nuper in Graeciam invecta. ¶ numerum illarum posuit nec nomina, nondum comprehen

Democritus quoque subtilissimus antiquorum omnium suspicari se ait plures stellas esse quae currant, sed non
sis quinque siderum cursibus. Eudoxus primus ab Aegypto hos motus in Graeciam transtulit. Hic tamen de come
tis nihil dicit. Ex quo apparet ne apud Aegyptios quidem, quibus maior caeli cura fuit, hanc elaboratam partem.
Conon postea diligens et ipse inquisitor defectiones quidem solis servatas ab Aegyptiis collegit, nullam tamen
mentionem fecit cometarum, non praetermissurus si quid apud illos explorati comperisset. Duo certe qui apud Chaldaeos studu
isse dicunt, Epygenes et Apollonius Myndius peritissimus inspiciendorum naturalium inter se dissident.
Hic enim ait cometas in numero stellarum errantium poni a Chaldaeis tenerique cursus eorum. Epygenes contra ait
se a Chaldaeis nihil habere comprehensi, sed videri accendi illos turbine quodam aeris concitati et intorti. Primum
ergo si tibi videtur opiniones huius ponamus ac refellamus. ¶ u stagna premit aut in lunae viciniam

Hic videri plurimum virium habere ad omnium sublimium motus stella Saturni. Haec cum proxima Mar
tem transit aut in solis incidit radios, ventosa natura et frigida contrahit pluribus in locis aera
conglobatque. Deinde si radios solis assumpsit, tonat fulguratque. Si Martem quoque consentientem habet, ful
minat. Praeterea inquit aliam materiam habent fulmina (vel fulgura), aliam fulgurationes. Aquarum enim omnis

Democritus.
Conon.
Apolonius.
Epigenes.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1579/0115